

# BOETII QUAE FERTUR GEOMETRIA.

## NOTARUM EXPLICATIO.

- e = codex Erlangensis 288 saec. XI., satis diligenter scriptus et inscriptionibus et figuris ornatus. Figurarum tamen pars non parva imperiti hominis manum produunt. Itaque eas, quae nihil ad rem pertinebant, omisi, eas, quae addendae erant, correxi.
- m = codex Monacensis 23511 (zz, 511) saec. XII. continet geometriam in tres libros divisam. Figurarum magnam partem omittit. Ille locus, qui incipit: *Sed iam tempus est ad geometricalis mensae traditionem* usque ad ea verba, quae post abaci figuram leguntur: *ut si sub unitate naturalis numeri ordinem iam dictos characteres alia et minus periti hominis manu scriptus est* quam reliqua. Cum maximam partem a codice e non admodum longe recedat, sunt tamen loci, qui de suo quaedam editorem vel autorem huius codicis dedisse ostendunt.
- n = codex principis Boncompagni 230 saec. XII. Summa sua humanitate et liberalitate Boncompagni rogatu meo exemplar locorum ad minutiarum figuram et abaci tabulam pertinentium diligentissime scriptum mihi misit. Proxime accedit hic codex ad e.
- n<sub>1</sub> = cod. Vatican. 3123 saec. X.
- n<sub>2</sub> = cod. Barber. 830 saec. XII.
- n<sub>3</sub> = cod. Ottobon. Vatican. saec. XIII.